

in animo est Item Seneca. Sapiens intra se omne bonum terminabit. Et dicit q. quidam capta patria vxore et liberis amissis cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret interroganti victori an aliquid perdidisset. Respondit: nihil inquit perdidit bona mea mecum sunt.

Virtus ostenditur esse optimum patris vite et bonitas aliarum rer. Ca. v.

Quarto commendabilis est cōpācōne alioꝝ bonoꝝ. Et primo cōpācōne facta ad bona presentia. Secūdo ad futura. In comparācōnem primam virtus optimum dicitur heb. xij. Optimum est gracia stabilire cor. Aug. in li. de moribus ecclē. Er inquit optimum hominis quod animam optimam facit nemo autē dubitauerit quin virtus animā optimam faciat. Jac. i. Omne datū optimū et omne donū perfectum desursum est datū optimū virtus vel gracia dicitur respectu cuius simpliciter bona dicuntur. que cōmunia sunt nobis et brutis. vt fortitudo corporis agilitas pulchritudo sanitas et ea que pertinent ad corporis sustentationem vel ornatum vel protectionem. Bona meliora bona aīe que tū bona non reddunt ex necessitate bona que sunt cōmunia bonis et malis. vt scientia et similia. Optimū vero virtus vel gracia perfectum gloria. j. Cor. xij. Cum venerit quod perfectum est. euacuabitur q. expecte est. Virtus non solum bona est. sed etiam bonitas bonum faciēns necessario possessorem suum. Aci. in li. de eligendis. Si hic facit bonum illud cui adest. illud autem nō facit q. magis facit est eligendū vel quod melius et principalius facit bonum vt siquidē hic facit animā illud at corpus. Modo sic dicitur que vt frequentius malos faciunt possessores suos vel magis malos vel malos ostendunt. Boetius Collata in p. bis dignitas. nō mō nō efficit dignos. sed potius prodit et et ostendit indignos. Eccl. xij. Si diues fueris nō eris immunis a delicto. Seneca. Multum est nō corrumpi diuitiarum cōtubernio. Ideo virtus multum appetenda esset. tanquam